


Ms. No. 62358

17

126



Iudicium Musarum

DE MATRIMONIO LITERATI;

In Honorem Nuptialem,

SPONSIS novis,

*Viro virtutum, doctrina & ingenii laude
prestantissimo,*

DN. M. AGGÆO

FRIDERICI,

Scholæ Rigensis Rectori dignissimo,

NEC NON

Virgini pudicissima & honestissima,

DOROTHEAE BAVM-
GARTEN, &c.

Exaratum à

LVCA ECSTORMIO,

VValkenredensi, Cherulco.

Anno, quo

M. AggæVs Friderici SponsVs fVIt.

1619

RIGÆ LIVONVM,

Ex officinâ Typographica Nicolai Mollini.

1110

Quæ mihi contigerint in somno nuper, in hosce
Carminis, ut potero, numeros cōstringere conor,
atq; dicata tibi cupio, *præclare Magister*;
non, ea, quod meritò doctis noscenda putarem,
sed quoniam te majorem concernere partem,
à *ceptisq;*, quibus castâ *connubia* lege
participas, aliena minùs mihi visa fuerunt.

De penso noctis paulum superabat ad ortū
Luciferi, quando sopitus imagine clarè
ipse videre mihi *videor*, quasi tempore sudo
ex urbis vallo tecum, *prædocte Magister*,
ad medios quæ *RIGA* dies extenditur umbrâ,
expaciaturus, solito pro more, migrare.
Mox penitùs dulces queis miscerentur odores,
flores carpenti non antè probata voluptas
te cepit. Tales ubi crescere creditur, itur.

Protinùs ad vallem, jucundo germine multo
vernantem ferimur, sed, quo magis ipse suävem
non speres, florem nullum decerpere gestis.

Pauperis ad tugurii regaliter arca gratis,
ut quas inter multa micaret margaris, herbis
florebat, sed spes nostras hinc alter habebat.

Hinc hortū, quo non ullus, quo nullaq; fermè
pharmatoteca magis latè redolentis odoris



KATAVO'S
R

ZA FB
P 2089

præ-

præsentis species ultrò diffundere posset,
lustramus passim, donati floribus inde,
ni malè fida manus manibus bona cepta vetâisset.

Mox alius se sponte locus pergentibus offert,
Divite quiperculsa sui citò corda favore,
incautos aliò via ni duxisset, haberet.

Ergò simùl, quò cum fructu pomaria florem
ubere proventu spondent, & totus amcenè,
quamvis non ingens, hortus felicibus herbis,
inter dona DEI, quibus hic multis viget orbis,
exhalat, post tot passus nos semita ducit.
Hic desiderio demùm finemque modumque
figere fert animus: præ cunctis una repentè
cor foetura sui dulcedine lenit amoris.

Interea viridi frondentis in arboris umbrâ
consedisse choro mirè præstante puellæ
apparent: ad eas medius *mas* sederat unus.
Omnibus insignis cingebat tempora *laurus*,
omnes ornandi cantum sua *plectra* manebant.
Scilicet hæ sacræ *ter tres* Heliconis alumnae
(quod res ipsa probavit) erant cum præside *phæbo*.
Cui, nobis aliâ clam parte latentibus horti,
concentûs inter varii modulamina, vocem
ad *quasita* suam pro sese quæque reponit.

At primus placidè sic ceperat ille profari:

A 2

A POL-

A P O L L O.

Eja novena cohors, mea maxima sola voluptas
 plectra move, nova carmina pange!
 Multos stulta suam mentem sententia vexat,
 prudenter non nubere Doctum,
 Quippe maritarum res, & mores, & amores,
 & Musis cultura dicata
 nec bene conveniant, nec in unâ sede morentur,
 sed sibi mutua damna facessant;
 Affirmant isti: Vos vestrum, namq; potestis,
 egregium defendite sexum,
 cujus in aeternum memoranda laude puellæ
 Summus honor per secla nitetis:
 Formosa Mulæ, notâ vos voce sequestram,
 qua teneat vos, pandite mentem.

C A L L I O P E

O Felix hominû ter & amplius, atq; laude summâ
 deprædicari dignior caterva,
 cui stupris peccet metus & nefas intimis medullis
 & sancta vitæ castitas inhaeret:
 Que quoq; compedibus seclî minus hujus impedita,
 vel de boni quid legibus remittens,
 Ingiter à mundo nascâ sibi puritate vitæ
 integritatem sic potest tueri,

Quid: eruditis, plus etiam duplo
 videre trita voce celebribus,

annon in omni veritate
 tale quid attribuisse possem?

T H A L I A.

Purimi quæ non blaterant? conjugè nempè ductâ
 non levioris Aetnâ
 ponderis vivens humeros mole suo molestat:
 Multa negocia curis
 pluribus passim miserum discruciant & agunt:
 Sive domûs coactus
 Sive doctrinæ studium deniq; de relinquet!
 Quod genus extat ævi,
 Quid rei quisquam statuit, quod maneat quietum?
 Quæ via quæso vitæ
 vepris ingressum remora non subito retardat?
 Solus & ipse tecum
 ut manes, aut cum sociis jungeris, haud quiescis.
 Non mala solitudo
 ducitur, si plus nimio non diuturna perstet.
 Quò potiùs voluptas
 afficit multos alios, hoc magè laude fertur!
 In meditando pulcrum
 est suum, sed quod dolor, & mors quoq; sæpe tollit.
 Plinius, & disertus
 Empedocles tale suâ cum nece compererunt:
 Hic quoniam Vesuvi,
 alter Aethnæ, flamma furens quas vomitat, favillas,
 quis fomes has globaret,
 gnaviùs quàm cautiùs, & quàm par erat, revolvunt.
 Sic studiùs honestis,
 Quod doctos obitu sustulit, implicatur.

MELPOMENE.

Svbinde Literati sedulo suis
in studiis vigilent,
sed unicis non incubent:
Ad unicum nullos opus divinitus
dispositos homines
in orbe cuncti censeant.
Quod ipsa claro testimonio, quasi
voce sua tacita
Natura mater comprobat,
Mortalibus dum cogitandi callide,
que cupiant, animum
subtilibus conceptibus,
& nobiles sensus, seris prestantius
auribus ac oculis
sensus fruendi munere;
Tum corporis partes, eas ignobiles
nempe vices manibus,
tactusq; vel Talpæ datum
Sensum simul laboris ad decens, ubi
sic opus esset, opus
afflavit & largè dedit.
Sic illares (rerum quod universitas
comprobat) in variâ
diversitate perficit.

Concors ut in terrâ velut discordia
magnificis Domina
regnis ubivis imperet,
& arctiores vinculorum copule
cum bonitate malum,
letiq; mæstum colligent. (amplius
Quem corpus atq; membra linquunt
non homo, sed Genius,
cui mens abest, pecus manet.
Quapropter immortalibus mortalia
mixta suis hominem
totum figuris induunt,
ut, si beatum prosperæ vitæ scopum
querat, utriq; bonâ
rectè medelâ consulat.
Nec fordida vilis nimis se det rei,
nec graviora suis
concepta nervis audeat.
Spreto solo, polo volare gestiens
Icarus, ut meruit,
& excidebat æthere,
& ut magis velles, cadens humum
tangere non poterat
maris profundo perditus.

TERPSICHORE.

EST, ut cara soror Melpomene fusiùs explicat:
Nec quisquam sapiens sic operam vel studium suum
Vni simpliciter sive rei sive negotio
jurato, veluti mancipium, servitio locet;
nec fœdis operis plus nimio fiat humillior.
In vitâ potius muneribus, quæ licet optima
non, verum reliquis innumeris inferiora sint,

ut socios tantum sibi glutine copulet, perenni
ubiq; constans ac amore flagrans,
qui, fluxi stultis & inanibus orbis illecebris
repudiatis prorsus abdicati,
omne suum studium cum tempore veritatis unum
scitum tenendi collocare sudent.
His incredibilis pia pectora, nec fugax voluptas
maiore verbis gaudio replevit!
Sed paucos similes ambagibus orbis universus
presente seculo relliquosprehendit.
Quot jam sint homines, de qualibet excitata manè
lasciva gestum, sed decora vultum
fœmina reverâ quit dicere: nocte me fugatâ
stipes cubili non homo recepit?
cujus ad exemplum de pectore continente mira
Xenocratis res gesta denotatur.

CLIO.

Certè magna, Soror, vera tamè refers:
Natura stimulis atq; libidine
mixtim corpore ferri
unumquodque genus cluet.
Naturam species non similes modò
sed dudum vegetas poscere, jam quidè
res notissima multis
verbis amplius haud eget.
Hinc mentes hominû, dira velut lues,
Correptas, hominis blandus amor fovet,
quo nullum magis aptum
questum sibi conspiciat.
Non sic difficilis causa laboribus,
Omnes sollicitat, cur mulieribus,
queis tot mensibus alvo
clausi, postea luminis
in limen geniti, deïn alimonis,
sub cordis variâ sollicitudine,
educantur, amores
pergratos homines vovent.
Hæc contage sua debilitas simul
Ejus pectoribus, qui studiis benè
cultus cernitur, altis
cum radicibus insidet.
Fortassis celebri semine plurimum
virtutum genitrix Storga potentius
indocto grege docti
imis sensibus abditur.
Aut idem sapiens mentis acumine
pulchrè propositam, qualis originem
primum monstrat amori,
formam clariùs inspicit.



E R R A T O.

Vbi nocivus morbus inie virum,
 nihil (reclamat nemo bonus) magis,
 nihil prius tunc est necesse,
 quam medicina potens mederi.
 Remediorum non dubium genus,
 alumnus ad quod conveniens sibi
 nollet recurrat sanitatis
 spe, mihi dicere qui vetarent?
 Nec uspiam quis (sic reor) est homo,
 Magistra vitæ cui fuit impiæ
 Natura, vel quis doctor alter
 futilis autor opinionis,
 Ut officinam mirifici DE I
 minus fateri conjugium velit,
 quæ fortibus natis hic orbis
 tempore quolibet augeatur.
 Ad hoc opus dum cauta rei benè
 vicariæ vult munia ponere
 Natura, tandem destinavit
 ingenio sapientis uti.
 Bonum statutum? convenientius
 idoneum quod quæso genus fuit,
 humana quo crescendo denso
 agmine natio non periret?
 Qui perspicacis dotibus ingenii
 decente multis laude sodalibus
 præcellit, illum diligendæ
 conjugis utq; modus decorat.
 Pecunia jam talis apiscitur?
 opes honestis destinat usibus:
 Sin pauperem? iustis egenas
 res rationibus ampliabit.
 Deformis ipsi ducitur? illico,
 Velut Smaragdi sive Topazonis,

Virutis ornatus nitelis
 egregiis animum figurat:
 & quas negatas invida Corpori
 Natura demisit, cum melioribus
 in mente lucris, portiones
 largiter exhibitas reponit.
 Bellâ potitur? bellaq; commoda
 magis sequuntur. Cum facie bonæ
 continna mores convenire
 dulcis amabilitas laborat:
 prolemq; pulcrâ pulcra puerpe
 enixa quovis intuitu die
 longè voluptatis maritum
 ubertiore modo coronat.
 Patris Philippi per Macedoniam
 famæ celebri Magnus adorea
 Hæres Alexander paterni
 Imperii folio receprus,
 Cuidam puellam, quæ penitus sin
 navis amabat, vestibus omnibus
 nudam dabat jubens figuram
 corporis injiceret tabellæ.
 Hic artuum dum nullibi dissonas
 conformitates acrius inspicit,
 quam dexterâ delineare
 hanc animo deamare ceptat:
 Nihil sinistri Rex animo ferens
 Donasse pictori repente
 perpete nomine prædicatur.
 Simul profatus, cui ea corporis
 formositatis lege tenaciter
 structura consistens peritè
 cernitur, huic meritò dicatur.

Quid

ex mundo tamen haud absq; tetra clade rapi queunt,
 tum non abstineat, tum reprobum non odium struat.

Hûc in conjugio præcipuè cura domestica,
 quâ (jam conjugibus quæ numero plurima sunt, bona
 ultrò prætereo) natus homo provenit, attinet.
 Hæc (quod terrigenum magna cohors cenfet) amabilem
 cultorem proprio contuitu de magis arduâ
 seductum modulis illicitis re minus abstrahit.

Pinguis vinea, tum cultus ager, tum viridaria
 multis agricolam, sed placitis sæpè laboribus
 exercent pariter; Musicus aut Organicen libri
 picturâ Notulas propositas, ceu oculis eis
 affixis relegens, voce canens, digitis fides
 percellens, pedibus mobilibus continuans opus,
 ut concentus eò cum sonitu plenior exeat,
 tot rerum variè sollicito momine percitus,
 à prudente gravi labe reus nemine dicitur:
 Annon literulis egregiè pectora præditus
 in res ingenii dissimiles lumina sunderet?

E U T E R P E.

VTI res est, ô amicæ, fateamur:
 stadio qui studiorum benè curso
 meliores refecando sibi fructus retinebit,
 hic in omnes operarum quoq; nervos
 sat iniquo sine damno vigilabit,
 ut opum quod tenet usu magis auctum quoq; reddat.
 Hoc in ipso sapientis rationis
 ab honestis veniens artibus, atq;
 stabilitum moderamen modulo divite textit.
 Pariter Conjugium divite cornu
 bona fructu numero suo fundens,
 sine longâ remorâ tum citò tum largiter auget.

Hoc

Hoc enim per placidum proles amorem,
 qui rectè quid huic linquere gaudet,
 patrimonii neq; tollit neq; perdit monumentum.
 Licet autem quod in ipso gravioris,
 velut omnes sua res cura moratur,
 modò curæ, modò casûs cruciatus comitatur,
 studiis in vigilando dare tempus
 aliquantò remorari videatur:
 Tamen istas quoq; clades subito denuò sarcit
 animus, qui truce morbo per amœnam
 medicinam relevatus, solitarum
 operarum magis acres & alacres parat ausus:
 Et earum cumulum posteritatis
 amor æquè minuet: quas simul isthæc
 ratio sic operanti leviores dare possit,
 quòd, iis vel minus acti vel egentes,
 thalamo qui mulierem nec amarent
 nec haberent, tamen ægrum miser angor cor adurit.

P O L Y M N I A.

QVomodo Coniux Studiosus artis
 De sua quidquam studio remittat?
 Imò majori sibi grata curæ
 Munia mandat.
 Nónne doctrinæ genus omne summè
 Socrates gessit? tamen ipse duxit
 foeminas binas, & eas acerbæ
 atq; superbas.
 Nunquid insignis Cicero disertus
 esse cessavit, quòd adhuc tenellæ
 virgini nubens focis referret:
 cras erit uxor.
 Ille facundus Tiraquellus unâ
 atq; fœcundus ter in orbe denis

liberis libros ut adauxit, ipsæ
 novimus omnes.
 Iuncta Musæo simili Budæo
 Vxor, & libros manibus revolvens,
 artis ac vitæ comes à marito
 ritè vocatur,
 Literis notis magis incitare
 Coniugem, quàm vel semel avocare
 visa: quam matrè numerus nepotum
 est imitatus:
 ut patris nunquam studiis obesset:
 Sit licet tantus, pater ut cavendo
 illius sterum tumulto recondi
 nocte, rogârit.

Quid?

Quid? velut fidè coluisse Musas,
 Sic toro iustum subiisse fœdus,
 mitigat mores, animos feroces
 esse vetando.
 Hinc satis notum canitur: ferocem
 qui velit mentem juvenis domare,

huic det uxorem, citò mollis agni
 instar abibit.
 plura non addam, nisi, literato
 Vxor in cepto studio studendi
 incitamentum, neq; detrimentum
 sepe facessit.

V R A N I A.

Ipsa tota ne silens
 Vos inter adsim, pauca verba subdam.
 Omnibus quidem locis
 (non difficior!) plurimos videmus,
 Literis eos satis
 tinctos, sat almis artibus politos:
 Coniugalis at rei
 totor ineptos & malos magistros.
 Hosce sæpe Coniuges
 magis furore quàm favore mactant,
 Commodi suis parùm
 Incommodorum plurimum, ferentes:
 Omnis utilis rei
 bonis maritis detrimenta dantes.
 His amaror est amor,
 cum bile luctus lectus & cubile.
 His medela Coniugi
 Coniugii fit sevens sequela.
 Sed quis haud statim videt,
 cum labe culpas æqua res meretur?
 Non bonum quidem genus
 vitæ, sed, homo quo peccat, impium cor.
 Sæpe plus nimis virum
 doctrina doctâ suavitate cepit,
 cum suis, velut decet,
 agat maritus, turpiter recusans.

utq; testa cochleam,
 illum libelli nussiam relinquans.
 Sive mollis ingenii
 & delicatus, non malis suctus,
 vilibus laboribus
 curisq; fractus de bono recedit.
 Ergò non mihi placet,
 prudentis ævo facta non professus,
 Ædæ qui sacrâ sibi
 jamjamq; detur Sponsa non adesse,
 nec venire cernitur,
 Vix ad libros tandem sedens r'epertus.
 Quid (malum!) mihi rei
 Democritus quis plurimum faceffa?
 Qui subinde tam die
 quàm nocte secum non nihil volutet,
 fortiter sibi suos
 ambos ocellos effodi ferebat,
 Cum Timone cœtibus
 Delirus hominum certa bella dicens:
 quem furente pralio
 Natura contra se micare sentit.
 Clariore Socratis
 Auditor ille gloriâ vehatur,
 Qui, licet gravissima
 vitæ Philosophus sit professione,

maxi

maximam scientiam
Humanitatis arte copulavit,
ne qua se ferocitas,
morumq; morum dedecus maneret.
Ergo corda civium
Consortii cum gratiâ movebat,
princ ipumq; maximos
eribo favores calle muniebat.
Nil suavis horula
horrebat, æqui quodq; consulebat,
non in hoc magis fluens,
quàm denegatum derepentè temens,
Commodaq; temporis
locoq; curâ semper obsecundans.
Hic subinde plurimum

Urbanitatis lenitate victor
eruditus omnibus
Exemplar esto, quisq; quod sequatur.
Certus: omnis utilis
Doctrina vitæ fine destinatur!
Deinde semper autumet:
non solitudo, quam feræ stupefcunt,
sed magis sodalitas,
Divinitus non-neminem moratur!
Ergo permanens homo
Humana cuncta se decere ducat,
atq; liberaliter
visam puellam feligat maritam:
quâ DEI decens honor
reiq; cultus utilis creetur.

PLura quidem docta superaddere dicta parante
Uraniam tacitis in somnis somnia falsâ
nunc experrectum sub imagine ludere cessant
Econtra vigilem nova mentem cura subintrat,
Sicut & ipse tuis, Aggæ colende, paratis
ex votis tadis, veteri pro more, ligatis
applaudam numeris: tandem magis omnibus aptas
materias hoc Piëridum laudabile duxi
Judicium: quod manè, velut meminisse valebam,
perceptis verbis factisq; notare volebam,
hoc addens tantum: tu singula dicta, celebris
Sponse, prius revoluta satis tibi pleraq; visa,
ac, iplus quæcumq; DEI de munere posces,
eventum sortita, supra sacra gaudia, cernas

